futuro. ſꝫ anq̄ ꝯditio exiſtat
factus eſt de foro alteri᷒. q̄ri
tur tūc vtꝝ cōdicōe exn̄te li
gatur p ſentētiā illā ⁊ argui
tur q̄ nō. qꝛ ſentētia iudicis
nō ligat niſi ſubditos ſic pa
tet ex̄ de ſnīa excoī. A nobis.

ſꝫ iſte tempe ꝯdicōnis exiſtē
tis non fuit ſubditꝰ ergo ⁊c.
Et tñ cōñrūi vıdꝛ eē iuriſtaꝝ
⁊ videtur expſſum. ij. q. vi.
Ad hec ſanctius. ff. Biduū.
vñ glō. ibi di. lxiij. Salomi
tane. Itē ex de ſnīa excōicacō
nis A nobis. ⁊. ff. de verboꝝ
ſignificacōe Tedē aie. Et rō
ē. qꝛ tēpus ꝯdicōis appoſite
reſpicit. ſi igitur ſnīa iudicis
p̄dicto mō lata ligat eū q̄ ſe
elōgat a iuriſdcōe illiꝰ ut di
ctū eſt mlto magis iſte liga
bit ſnīa dei ⁊ etiā poſt mortē
qꝛ nec viuꝰ nec mortuꝰ p̄t ef
fugē iuditiū eius ſicut dicit
ꝓpha in ps. Si aſcēdero i ce
lū tu illic es ⁊c. Ponemus er
go ꝙ anq̄ malus effcūs ſui
ſcādali veiat factꝰ ſit de foro
alteriꝰ ſeculi. vıdꝛ tūc ꝙ p̄di
cta ſnīa non liget ⁊ ꝙ pena
ſua creſcat ⁊ hec fuerit cā dā
nacōis illiꝰ diuitis epulonis
luc. xvi. petiit ꝯuſionē fratrū
ſuoꝝ ne pena ſua p̄uiret ſic
ipſi tenerēt in mal opibus ⁊
diuitiis male acq̄ſitis per eū.
qꝛ iuſtū eſt ꝙ creſcēte culpa
creſcat ⁊ pena vnde deu. xxv.
ſcḋm mēſuraꝫ delicti erit ⁊ pla
garꝝ modꝰ. ſꝫ q̄d ſi tal peniteat
añ mortē Ad hoc pōt dici ꝙ
ꝯuit punit p mal veſtigiis
relictis ⁊ hoc oñdit p talem
caſū Eſto ꝙ aliquis mādat
alicui vberare clericū ⁊ tñ añ
vberacōeꝫ talē ille mādator
penituit ⁊ mādatū reuocauit
illo ignorāte cui mandauit.
iſte tñ clericū vberauit. q̄ritur
tūc vtꝝ mādator ſit excoica
tus ⁊ vıdꝛ ꝙ ſic. qꝛ ex q̄ nō p
ueit ad eū reuōtio mādati te
nebatur hoc ptꝫ. ff. de ꝓcurato
ribꝫ Si ꝓcuratorē in ſi. ⁊. ff.
de mādatis Si mādaſſem ti
bi. Nā in culpa fuit. qꝛ citius
nō pueit ergo p ꝯſeq̄ns puñ
ri dꝫ ptꝫ hoc ex de ſnīa excōi.
Quāte p̄ſūpcōis. ⁊. c. mulieres.
⁊ hoc tenēt iuriſte ſic bartho
lomeus brixeñ. ⁊ alij multi.
Noli ergo aliquē tuo vbo vl
facto vel exēplo ſcādaliſare.
ſꝫ ſicut p̄cipit p̄. thimo. iiij.
exēplū eſto fideliū ⁊ vbo ⁊ cō
uſacōe i caſtitate ⁊ fide. T Rñ C
tū ad tertiū dico ꝙ caſtitas
ſaluat hoieꝫ dū hic viuit ab
infamia ⁊ multis dānis ⁊ mi
ſeriis q̄ incōtinētes patiūtur
Ducamꝰ igr ſic dꝛ p̄. thio. ij.
Trāquillā vitā ī oī pietate
⁊ caſtitate ⁊c. Item caſtitas
ſaluat ⁊ iuuat i piculo tēpta
cōis. qꝛ ſic lignū viride fortiꝰ
rſiſtit igni q̄ꝫ carbo incēſus ⁊
res icorrupta fortior ē q̄ꝫ cor
rupta. ſic a iuuētute mūdꝰ ⁊
caſtꝰ fortiꝰ rſiſtit tēptacōibꝫ

Jdē dicit Judith.xv. Fecisti
viriliter et confortatū eſt cor
tuū eo q caſtitatē amaueris.
Itē caſtitas ſaluat totū hoīez
et ducit ad memoriā eternā.
q ſic luxuria et immūditia de
icit hoīem a ſtatu grē ſic ptz
di.p̄. Qui ſemel. et c. Si lap
ſus. et di.lxxxi. Si qui. Item
caſtitas ducit ad gloriā reg
ni celeſtis apoc.xxij. Nihil in
quinatū intrabit in illā Ideo
dr ad commendacōez caſtitatis
ſap.iiij. O q̄ pulchr ē caſta
gnatio cū claritate Immortal
eſt enim memoria illius.

.C. .iiij.

A C Elum groſſū eſt aīa
mūda cuiuſcūqz ho
minis xpiani. q hz
cū celo glorioſo ſimilitudiez
reparacōis. altitudinē ſituatio
nis. plenitudinē illūinacōis.
Primo dico q aīa hūana hz
ſimilitudinē reparacōis. q ſic
ruina q facta erāt in celo gl'e
angelo ſupmo peccāte cū ſi
bi adherētib; eſt et erit repa
rata per bonos hoīes Ita oportz
rupturā celoz grē id eſt aīa
maz factā per qb; dr in pſ.
Celi enarrāt gloriā dei q fit
p culpā qn homo peccat mor
taliter oportet reparari p grām.
Ad videndū hoc clari9 poni
tur talis caſus poſito q ego
locaui tibi areā tali caſu vel
pacto ut in ea edificares do
mū in q me qncūqz ad te de
clinauero recipies q facto tādē
domus ex aliquo infortuito
eſt dirupta tūc qrit utrū tu
teneris edificare domū illā et
videt q nō. q totū pactū cō
pleſti ergo liberatus es a pa
cto. In oppoſitū ſūt iura q di
cūt q hoc tacite videt deueniſſe
ut q diu locacō aree durauerit
dom9 ibi ad recipiēdū locato
rem dz eē. Argu. ptz. ff. de ſer
uitutibus vrbanoz pdioz. l.
Nec obſtat. q in infimū poſ
ſū abire. q ad ea q ſepius cō
tingūt iura aptātur poti9 q
ad ea q pnt ſemel aliq caſu cō
tingē Iſtud ptz de legib; et ſe
nat9 cōſult. et c. Quidā dicūt
aliter et diſtinguūt q ſi vicio
ſoli ruina contigiſſet nō tenetur
ad reedificacōnē domus. ſz ſi
vicio opis ſicut ptz. ff. locati
et cōducti. l. vltia. Sic ſpūa B
lit loqndo deus tradidit et lo
cauit cuilib; xpiano areā id
eſt terrā corpis et aīe ad illū
finē ut in eo hēat domū ſpūa
lem et in ea ſemp recipiat et
hitet. q ad hoc venit ad nos
qn ſum9 baptizati et bn coīca
tidi. illud math. vltio. Ecce
ego vobiſcū ſū vſqz ad cōſū
macōnem ſeculi ut ſic de nob

verificetur illud apoc̄·xxi·Ecce tabnaculū dei cū hoib3 rc̄·
ꝛ in ps̄·Hic hītabo qm̄ elegi eā ſupple in aīa mūdi xp̄iani Iſta domus ē edificata et ornata v̓tutib3 ut cōgrua ſit ꝓ receptōe dei qñ ſum9 baptiſati·tunc nāq3 ſicut dr̄ Iob ·xxviij·Spūs dn̄i ornauit celos Si igr̄ poſtea ɔtingat domū iſtā deſtrui culpa nr̄a non eſt dubiū qñ teneamur ad nouū edifitiū celi faciēdū p opa pn̄e Ideo dr̄ apoc̄·xxi·Primū celū ꝛ poſt certa abijt rc̄·q̄lib3 igr̄ ſic reedificet nouū celū q̄ poſſit dicē illd̓ qd̓ ſeq̄tur Ecce noua facio oīa·i·aīa3 innouatā cū corpe ut dr̄ apoc̄·vbi ſup̄·vidi celū ꝛ terrā nouā rc̄·Reuera dolendū multū q̄ multi nimis tardāt domū iſtā reedificare ꝛ deū in illa r̄cipe·ꝛ iō de9 tales citat multis tribulacōib3 ut iſtam faciāt·q·d·cis illud deu·xxv·Sic fiet hoī q̄ nō edificat domū·vn̄ multi p infirmitates ꝛ carcēs ꝛ p turpē mortē ꝛ p alias tribulacōes ad hoc cōpellūtur·q2 alio mō nō pn̄t adduci ad domū faciēdā·Iō dr̄ in ps̄·Niſi dn̄s edificauerit domū inuanū laborauerūt q̄ edificāt eā·S3 certe q̄lib3 d3 valde gaudēter edificare domū cordis ſui·q2 nō ſolum vna pſona trinitatis hītat i corde ſiue in tali aīa·verꝫ etiā tota trinitas iuxta illd̓ Ioh̄·xiiij·Veniemus ꝛ māſione3 apud eū faciem9·q2 nr̄a ouerſatio in cel̓ eſt phi·iij·¶ Secūdo dico q̄ celū grē h3 ſilitudinē cū celo gl̓e in altitudie ſituacōis·q2 ſicut illud gloioſū habitaculū dei eſt ita altū q̄ nec ſordes corpales nec ſpūales pn̄t illud attigē·ſic eſt de viris bonis qui ɔtēplātur deū infiītū intēſe q̄ culpa aliq̄ nullomō coꝝ aīas maculare poſſit Ideo de talib3 dr̄ illud ecc̄i·xvij·Virtutē altitudinis ipſe reſpexit·¶ Quātū ad tertiū ſc3 ſicut celū ſup̄ius h3 plenitudie3 corpalis illūinacōis a ſole ꝛ lūa ꝛ ſtellis ecc̄i·xliij·Spēs celi gl̓a ſtellaꝝ·ſic aīa ſpūal̓ ex v̓tutib3 ꝛ grā q̄ illūinat oē3 hoīe3 Io·p̄·vſq3 deueiat ad lumē gl̓e qd̓ ē multo clari9 ꝛ forti9·q2 ſic i hoc mūdo q̄dā hn̄t ipiū mixtū q̄d3 apuꝝ ſic pt3·ff·de iuriſdcōne oīm iudic̄·l·ij·ſic ſpūalit̓ q̄ hic viuūt hn̄t bonū mixtū cū mal̓ hoibus ꝛ lumē cū tenebris·ſ3 in celo hn̄t bonū ꝛ lumen purū vbi eſt ſpecies celi in viſione glorie ſicut dicit̓ ecc̄i·xliij·

C A B

A ·C· ·v·

Ciuitas triplex ſcʒ In
tegra q̄ diligent' eſt
cuſtodienda ne de
ſtruatur Diruta que virilit'
eſt reedificāda ne diu defor
mis videat' Repata q̄ in vno
ſtatu eſt finalit' tenēda ne de
fectū patiat'. Quātū ad p̄mū
quecūqʒ ciuitas l' coītas ſoti
etas l' populi ɔgregacō ſiue
ſit ſcē religionis ſiue natura
lis vniōis q̄lis eſt inter po
tētias aie et ſēſus et mēbra cor
pis ſiue eccīaſtice gubnatio
nis ſiue vlis cohītacōis ē di
ligent' cuſtodiēda triplici cu
ſtodia ſcʒ vna extrenſeca cu
ius intereſt ſubditos guber
nare Alia intrīſeca ſcʒ racōne
ad quā ptinet oīa regulare
Et q̄lis vtrqʒ gubnator l' cu
ſtos eē debeat et q̄ diligenter
gubnare ōndit' ex racōne le
gis ciuil'. ff. de offi. p̄fecti vi
gilū. l. Salutē. Et i. ff. veteri
li. p̄. vbi ōndit lex q̄ ad offi
tiū p̄fecti illi9 ptinet p totam
noctē vigilare et armat9 cū fi
lijs per vrbē circuiē et āmonē
ut quilibʒ hēat aquā in cena
culo ad extiguendū ignē no
ciuū etc. Ad ꝓpoſitū ſicut lex
iſta nullū facit vigilū p̄fectū
niſi diſcretā pſonā Ita null9
dʒ fieri cuiuſcūqʒ p̄ocē coita
tis cuſtos etc. Et ſic ille debʒ
eē vigilās et armatus ad cu
ſtodiā ciuitatis rōne. ſic de
bet eē de p̄lato et de quocūqʒ
hñte curā aiaꝝ. figuā ad hoc
patet luc. ij. de ill' paſtorib9
cuſtodiētibʒ vigilias noctis
ſup gregē ſuū. ¶ Quātū autē B
ad cuſtodiā racōis qūo debʒ
cuſtodire pteʒ ſenſualitatis.
verificat' illud Jere. p̄. Dedi te
in c̄itatē mūitā ſupple ſup̄ ſē
ſualitatē corporis ut regas et
cuſtodias Reuera ſi q̄s hoc
noluerit voluntarie facē debet
ɔpelli p rectorē aiaꝝ id ē pla
tū ſic ptʒ p caſū legis. ff. no.
li. p̄. Ad curatoꝝ. vbi q̄ritur
vtꝝ reipublice ad offitiū ſpe
ctet ut dirute dom9 a dño re
edificētur. glō. ordīaria dic̄
q̄ ſic dʒ fieri Curator reipu.
dʒ reſtaurare illā domū ne de
formet c̄itatē et cōpellē dñm
domus ut reddat expēſas. ſic
ſpūalit' eſt in ꝓpoſito ſi dom9
dei id eſt aia cuiuſcūqʒ hom
xp̄iani p ruinā peccati defor
met ciuitatē dei id eſt ecc̄iam
ſi ſponte tal' noluerit emēda
re ſe debʒ ɔpelli ad hoc ut ipē
faciat Et hoc faciat p̄lat9 nō
obſtante q̄ illi dicūt ſic. q̄
licitū eſt cuilibet facē cū ſua
re q̄d ſibi placet. vide pl9 de
iſta materia. c. iij. b. Figura

illi9 hēt² luc·xiiij·Cōpelle in
quit intrare ut ipleat² dom9
mea ⁊ in pš·Imple facies eo
rū ignomia ⁊ querēt nomen
C tuū dñe·¶ Quātū ad tertiū ē
ſciendū ꝙ oms ꝑdicti famē
pacientur ut canes et circui
būt ciuitatez ut dr in pš·niſi
ſe teneāt in ciuitate integ̃ vel
repata ⁊ ſic faciēs poterit di
cē illō eccī·xxiiij·In ciuitate
ſcā ſilit̄ reqeui· ·C· ·vi·
A Clerici tenētur ad t'a
ad maiorē mūditiā·
ad ampliorez opis
ſcimoniā·ad ſolidiorez vtri
uſqz cōtinentiā·Exēplū de ꝑ
mo hēmus in miſtris dñorū
inter quos aliq̃ eis ſeruiūt in
cāpo·aliq̃ in nemore·aliq̃ in
alijs locis int' q̊s maiorē mū
ditiā reqrūt in ill' qui ſuiūt
eis in camera·Spūalit' loqñ
do ⁊ ſi deus reqrat mūditiā in
laycis pl9 tñ hoc reqrit i clei
cis q̃ ſūt ſpālius ⁊ ꝓpinqui9
eius offitio deputati ⁊ hoc
maxime ptinz ad illos q̃ dñt
regē alios ſic ſūt ꝑlati ⁊ ſac'
B dotes ſic ptz di·xl·mlti·¶ Sz
hoc ornamētū clericorū qd
tenētur hr̄e exteri9 cōſiſtit in
tribz ſcz in inceſſu ſtatu ⁊ ha
bitu ſicut ptz p btm̄ aug9·
in ſpeculo clericoꝝ ⁊ hoc etiā
ptz i canōe di·xli·ſ·vltīo·nec
deferat veſtes cūrioſas vl' in
ciſſura l' lōgitudie l' breuitate
⁊ hmōi ut ptz ex̄ de vi·⁊ ho·
cleicoꝝ·c·vl·Silit' de tonſu
ra·qꝛ cleic9 nō dz hr̄e barbā
vel comā ex̄ de vi·⁊ ho·cleico
rū·c·Si q̃s·Itē in canōe·xij·
·q·p̄·duo·Nec hec etiā cadut
ſb ɔſilio ſʒ ſb ꝑcepto i ɔſtitu
cōibus bonifac̄·viij·ſb eo qui
ſequitur tenore·ſtatuim9 et
diſtricte ꝑcipimus ut clerici
vniuſi veſtes gerāt nō breues
nimis·ſʒ ſaltē vltra tibiaꝝ me
diū attigētes aures vero pa
tētes crinibz non optas ⁊ co
ronas hēant approbāda lati
tudie decēter·reuera quicūqz
ſūt inobediētes huic ꝑcepto
peccāt mo̾rlit' ⁊ incidēt i ſpēm
apoſtaſie vide pl9 de iſta ma
teria ſup̄·a·xvij·b·Itē i cano
ne dr de clericis ꝙ cleric9 dz
linguā oculos ⁊ ſēſus et mē
bra oīa cohercē ſb freno mo
deſtie et caritatis·vi·q·p̄·Ex
merito·Tercō dz eē cleicus i
ſobrio potu·qꝛ ebrietas ipe
dit ordinādos ⁊ cā eſt·qꝛ di
cit canon di·xxxv·Epus aūt
oīs·maiori racōne hoc vitiū
impedit tā clericos ꝙ laycos
ab ordinibz angeloꝝ ꝓpt' qd
cleici nō dñt bibē in tabnā ñ
ī cauſa ncēitatis ſcz i pegrina
cōe di·xliij·Nō oportz Itē nō

debet hr̄e tabernā ꝓpter vilia
ꝯ turpia q̄ ibi ꝯmittūtur Re
cte igit̄ ſicut p̄dicta triplex
mūditia ꝯ hōeſtas eſt neceſ
ſaria clericis ī magna excel
lentia perfectionis cuilibet di
citur illud Math. v. Eſtote
pfecti. ac̄. ꝯ exo. xix. Qui acce
dūt ad dn̄m ſāctificent̄. Ita
pure laycis ſcꝫ ſui ſtatꝰ exi
gentiā. qꝛ ſicut ignorātia lit
teraꝝ repellit cleicos a ꝓmo
tione terrena di. iij. Petrꝰ. et
di. lxxxviij. Oms. ſic defectuſ
ſciēcie moꝝ ꝯ bone vite repel
lit tā cleicos q̄ꝫ laycos a pro
mocōe celi deo eis dicēte illd
oſee. iiij. qꝛ tu ſciam ꝛ̄pulisti
ego repellā te Reuera timen
dū eſt talibus cū clamauerit
ad dn̄m dicētes illud math.
.xxv. Dn̄e dn̄e api nobis. qꝛ
nō eſt ſciā dei ī terra oſee. iiij.
vide ſup̄ de iſta mateia. a. p̄.
Ideo bn̄ dicit dn̄s vob̄ leuit̄.
.iiij. habeatis ſciam diſcernē
di int̄ falſū ꝯ veꝝ ꝯ ꝓphanū ꝯ
mūdū q̄ fertis vaſa dn̄i yſa.
C .lij. Qn̄tū ad ſecūdū ſcꝫ
q̄ꝫ cleici ꝯ viri ecc̄iaſtici tenē
tur ad ampliorē ſāctimoniā
q̄ꝫ alij. qꝛ ſūt in maiori ſtatu
honoris Ideo dicit canō p̄. q.
p̄. Viliſſimꝰ reputādus eſt
cleicꝰ niſi p̄cellat ſciā ꝛ hone
ſtate q̄ eſt honore p̄ſtatior.

Et qꝛ oportet q̄ꝫ hēat ſāctita
tē ꝑ ſe ꝯ ꝑ alijs q̊s debet v̄bo
ꝛ exēplo ſanctificare ut patꝫ
p decretū. xxxij. q. vi. ſūptum
ex v̄bis augꝰ. de decē cordis
Nō mechaberis. vbi repħen
dit vnū hoiem qui caſtitatē
voluit hr̄e in vxore ſua ꝯ tn̄
noluit cōtinē ſeipſū cū tamē
vir debet v̄tute p̄cellere muli
erē vbi dicit glō. q̄ꝫ hoc dr̄ de
viro reſp cū vxois ſue Intelli
gendū eſt de p̄lato vel quo
cūqꝫ dn̄o reſpectu ſubditoꝝ
ꝯ de tali cleico reſpectu layco
rū ꝯ de mgr̄o reſpectu diſcipu
loꝝ ut ptꝫ. viij. q. p̄. c. vltīo.
Item infra. m. xiiij. C. Et ido
poteſt dici de anima reſpectu
carnis. qꝛ ſicut vxor impedit
bonū ꝓpoſitū mariti vel opuſ
ab eo bn̄ inceptū. ſic caro im
pedit aīam hoīs ꝛ ſicut patꝫ
.xxxij. q. vi. Nō mechaberiſ.
Ideo dic̄ aplus ad gal̄. iiij.
Cū cepitis ne carne ꝯſūami.
Qn̄tū ad tertiū vicꝫ ad cō D
ſtantiā v̄tuſqꝫ Reuera ſi clei
ci cadāt in pctm̄ grauiꝰ ꝛ pi
culoſiꝰ cadūt q̄ꝫ alij. qꝛ qn̄to
gradus altior ꝯc̄. vn̄ ad hoc
oñdendū ponit̄ talis caſus
de q̊dā milite nobili q̄ ſuper
crimē leſe maieſtatis accuſa
tus victꝰ eſt ī monomachia
idē in duello Et tūc mōchi

ipſū putātes mortuū impetrā
uerūt corp9 eius a prīcipe ut
traderēt ſepulture· ſȝ ille oua
leſcens induit habitū mona
chalē· ſed vxor hoc audiens
ipſū repetit· tūc qrit an hoc
licite poſſit ⁊ vid3 ꝙ non· qr
ſi reūtatur ad ſeculū poteſt re
peti ad penā ſicut ille ſtultus
q̄ ſic vxorē ſeq̄batur ut patȝ
ſup̄· a· xiiij· b· Sȝ nullꝰ ſeip ſū
ad mortē tradere d3 ut patet
·xxiiij· q· v· Vnū ſolū· ergo p
oſeqn̄s ille rediē nō d3· ſȝ ipā
potius ſeq̄tur eū caſtitatē vo
uendo vel habitū mutādo ſi
cut ptȝ· xiij· q· ij· Vnaqueq3·
Jtē· xxiiij· q· ij· Si q̄s ncēē·
Sic ſpūaliter nec clerici qui
ſemel ſanctū ordinē ſuſcepe
rūt nullo mō vocantē carnē
p aliquā immūditiā ſequi de
berent Aduertētes omiatio
nē apli rō· viij· vbi dicit Si
ſm carnē vixeritis moriemini
Ideo ſi facta carnis ſpū mor
tificaueritis viuetis· fatiatis
igitur ſcðm ꝙ p̄cipitur eccī·
·ij· Fili accedens ad ſeruitutē
dei in timorē ſta ⁊c· Jtē de cle
ricis ⁊ de lapſis recidiuātibȝ
pctā eoꝝ dicit petrus apl'us
pet· ij· Melius erat illis non
agnoſcē viā iuſtitie ꝙ poſt
agnicōnē retrorſū conuerti·
qr de talibȝ loq̄tur ſacr ſcrip

tura di· illud pū· xxvi· Canis
reuerſus ad vomitū et ſus lo
ta in volutabro luti·

·C· ·vij·

Cogitacō iuſte viuē
tiū ē v̄tuoſa· tarde pe
nitētiū eſt piculoſa·
⁊ in fine deſpantiū pnicōſa·
Quātū ad p̄mū ſicut dr pū·
·xiij· Cogitacōnes iuſtoꝝ iu
ditia ſupple v̄tuoſa· quia co
gitant in opibȝ ⁊ verbis ſuis
ut vtar verbis iuris canoīci
ex de voto ⁊ voti redemptiōe
·c· Magne deuocōnis· li· iij·
titulo· xxxiiij· Quid liceat ſm
equitatē quid deceat ſm ho
neſtatem quid expediat ſm
vtilitatem· Jſte tres condicō
nes ſunt ſanctiſſiē cogitatio
nū ⁊ feſtū diē ſupple ſanctā
vitā agent Nulla ergo racō
ne ſicut reliquie ſanctoꝝ vel
bn̄dicte matris dei que i ſcīs
eccīijs hn̄tur ſunt diligenter
cuſtodiēde intn̄tū ꝙ nō dn̄e
de capſa in q̄ ſūt extrahi nec
vendi ſicut ptȝ ex de reliquijs
⁊ ve· ſanctoꝝ Cū ex eo· ſicut
ipſi ſancti vendi nō poſſunt
ſicut patet· C· li· p̄· de ſacro
ſanctis eccīaſticis· l· Nemo·
Quia res ſacra non recipit
eſtimacōnem ſicut patet· ff·
de rerum diuiſione ſacra lo
ca ꝯ vltimo Vnde qui talia

ſpũalia vel eis annexa vẽdit
ſymoniã incurrit ut ptꝫ ex̃ de
ſymonia Querelam. Et extr̃
de iure pronatus. c. de iure.
Sic ſpũalit' loqn̄do reliq̃e
cogitacõnũ ſcãꝝ q̃ in ſcĩs aia
b9 hñt' ſũt diligẽt' cuſtodiẽ
de ⁊ nullo mõ ex̃ aiaꝫ p cogi
tacõneꝫ imũditie vel alteri9
pcti extrahende vel p mal' lu
cris vel delcãtionibꝫ vendẽde.
q2 qui cõtrariũ facit nõ ſolũ
ſymoniã ſꝫ eciaꝫ ſacrilegiũ in
currit coram deo. q2 aufert ſa
crũ de ſacro ſic ptꝫ. xviij. q. ij.
ij. Si q̃s igit'. ſicut igit' pci
pitur in pſ. Cuſtodi innocẽ
tiã ⁊ vide equitatẽ qm̃ ſũt re
liquie hoĩ pacifico q̃ ſoli deo
cuſtodiri dñt qm̃ dr̃ in pſal.
Ipſi prepant' cogitacões.

B Quñtũ ad ſecũdũ cogitacõ
pctõris q̃ cogitat q2 in ſene
ctute vult agẽ pñiam de deli
ctis ſue iuuẽtutis iſta cogita
tio eſt piculoſa. q2 ſimile eſt
de tali ſicut de hoĩe hñte vnã
manũ aridã vel paliticã ⁊ ali
am vtilem ⁊ tũc ꝓpt' cõmiſſio
nẽ alicui9 delicti iudex iuſt9
vult q2 i manu vtili agat pe
nitẽtiã Ille vero petit q2 in ari
da ſiue infirma puniat'. q̃rit'
tũc in q̃ puniri dꝫ. ſꝫ arguit' q2
in illa manu infirma. q2 pene
ſunt potius relaxãde q̃z agra
uãde ut ptꝫ de pe. di. p. Pene.
Et. ff. de penis. l. vltia. Sꝫ cõ
tra arguit' ſic. q2 man9 arida
non eſt manus ſicut pecunia
reproba nõ eſt ſic ptꝫ. ff. de
pignoratia actõne. l. Elega
tis ⁊c. Ad ꝓpoſitũ ſpũalit' q2
ſicut ille hũit duas man9 ſic
multi hñt ſuo tpe duo quoꝝ
vnũ eſt iuuẽtutis q̃ſi manũ
validaꝫ ſeu potentẽ. aliã ma
nũ id eſt tẽpus ſenectutis q̃
ẽ infirma ⁊ incerta. q2 in ſpe
Reuera iuſte pũitur talis in
iuuẽtute in manu valida. q2
ſm ſacrã ſcripturã per q̃ quiſ
peccat p hec ⁊ torq̃tur. q2 alit'
facit ↄtra legẽ que dicit q2 in
iuſta eſt mia pcẽs delinquẽti
ſic ptꝫ. xxiij. q. iiij. eſt iuſta.
⁊. c. vnũ. Secũdo eſt piculo
ſa ꝓpter illã maledictionem
mal'a. p Maledict9 inquit
q̃ hꝫ in grege ſuo forte ⁊ de
bile immolat deo. q2 tũc eta
te illa ſunt debiles Ideo dr̃ de
eis in pſ. Cogitauerũt conſi
lia q̃ non potuerũt ſtabilire.

Quñtũ ad tertiũ cogitacõ C
deſpantiũ ⁊ dicẽtiũ illd̃ Iere.
.xviij. Deſpauim9. poſt cogi
tacões nr̃as ibim9 vnuſquiſ
q3 p̃uitatem cordis nr̃i facie
mus ⁊c. Cauſa aũt deſpacõ
nis pctõris in morte ſua eſt
omiſſio pceptoꝝ dei ⁊ operũ

caritatis n̄ec mirꝫ· qꝛ ſub ↄdi
cōne taliū deus vult dare ho
minib꜄ regnū celoꝝ· Non igr̄
aliq̄d dat̄ vel ꝑmittit̄ alicui
ſub c̄to pacto ita ut ſi faciat
aliq̄ c̄ta opa et ſi illa obmit
tat nō h꜄ racōe꜄ ſpandi illa꜄
mercede vbi potuit illa feciſſe
ſi voluiſſꝫ· qꝛ lex aufert ab eo
illud ꝑmiſſum vel datū ſicut
pꝫ· ff· de ꝑmiſſiōe cā data tā
ta nō ſecuta· l· p̄· ⁊ p totum
· ff· ve· li· xij · Sic ſpūaliter
de⁹ tollit a nō faciētib꜄ p̄dc̄a
opa di· illō math· xxv· Eſuri
ui ⁊ non dediſtis m̄ mādu ca
re ⁊c̄· Ne igr̄ in p̄dictā deſpa
cōne꜄ cadatis ſic d̄r eccī· iij· fa
ciatis Que p̄cepit tibi de⁹ illa
cogita ſp ⁊c̄·     · C ·     · viij ·

A COgnacō ſpūalis h꜄
tres ſpēs vic꜄ ↄpṁi
tatē· pꝛ̄itatē· ⁊ frat̄
nitatē· Pria ſpēs attēdit̄ int̄
p̄re꜄ carnalē puei ⁊ ſpūalē q̄
leuat eū de fonte l̄ tenet eum
ad ↄfirmacōe꜄· de q̄b꜄ duob꜄
p̄rib꜄ ſiue verꝫ ſit ſiue falſū qđ
aliq̄ forte dicūt qꝛ pl⁹ tenet̄
puer patri ſpūali q̄ ipſū pro
ducit ad ſtatū gr̄cie qꝛ patri
carnali q̄ ei dat eē nature· ſꝫ
tn̄ hoc certiſſimū ē qꝛ pl⁹ ob
ligatur deo patri cui dicim⁹
math· vi· Pat̄ noſter q̄ es in
cel̄ ⁊c̄· q̄ dabit ei ſtatū gl̄e ⁊

hereditatē regni celoꝝ Et ut
hoc meli⁹ videatis caſū poſſi
bilē adūtatis q̄ ſel̄ ↄtigit· iij·
Re· iij· qꝛ due muliēs i vna do
mo hītātes duos infantulos
hn̄tes q̄ꝝ vna filiū ſuū oppri
mēs clā ponēs in ſinu alteri⁹
⁊c̄· Quo facto ponitur mors
vtriuſq꜄ m̄ris ſc꜄ qꝛ moriāt̄
poſtea q̄ facto q̄rit̄ an habe
bit hereditatē illi⁹ cū q̄ nutri
tus eſt l̄ alteri⁹ Rn̄d̄r qꝛ pu
er ſuccedit m̄ri i cui⁹ poſſeſſi
one eāt hoc ꝑbatur per hoc·
qꝛ melior eſt cōditio poſſidē
tis q̄ nō poſſidētis Spūalit̄
ſic i ꝓpoſito fili⁹ matris ecc̄ie
cū qua inuētus eſt i tp̄e mor
tis ſi adheret fidei ecc̄ie habe
bit hereditatē cū xp̄o iux̄ illō
Innocētes ⁊ recti adheſerūt
michi Item ſicut volens obti
nē terrenā hēditatē oportꝫ qꝛ
ꝑbet ſe eē heredē p inſtrumētū
vel ad minus per tres teſtes
fideles Sic ſpūaliter loquē
do quilibet pctōr in peccando
ponit ſe extra poſſeſſionē dei
Qui ergo vult habere here
ditatem celi oportet qꝛ ꝑbet
ſe verum heredem per tres te
ſtes ſcilicet per veram contri
cōnem· per humilē confeſſio
nē· ⁊ p ↄdignā ſatiſfactōe꜄·
Et ſi ſic tūc de q̄ib꜄ tali p̄t ve
rificari illō math· xxi· h ē hē

B ¶ Secunda ſpēs attēditur inter leuantē ⁊ leuatū in quo facto nō ſolū leuatus efficit̄ filiꝰ leuātis. ſȝ eciā dꝫ eē frater filiȷ̄ leuantis. Sic ſpūalit̄ dicūtur filiȷ̄ dei hoīes triplicīter ſcȝ ꝑ baptiſmi immerſionē. aut de baptiſmo leuacōeȝ. ā per ſacramtalē cōfeſſionē. ſic ptȝ. xxx. q. ij. Timēs. Igitur ꝑ ꝯſeqn̄s vt̄ꝙȝ pat̄ deberet eē in mḡna reuerētia. qꝛ vt̄qȝ facit de ſuo liberꝝ. Igr̄ ꝑ ꝯſeqn̄s quilibȝ xp̄ianꝰ eſt libtus duorꝝ. qꝛ libtus dꝛ q̄ de ſtatu ſeruili traditꝰ eſt libtati hoc patet. xij. q. ij. De libtis. Et reuera quilibȝ tal̄ dȝ hr̄e illū in reuerētia ⁊ honore q̄ eū liberꝝ facit. Alit̄ ipſe p̄t eū reuocare ad p̄ſtinā ſuitutē ſic ptȝ. xij. q. ij. Ep̄s q̄ mācipiū. ſꝫ Si

C uero libtus. ¶ Tertia ſpēs ē p̄rnitas q̄ attēdit̄ inter filiū tuū ſpūaleȝ ⁊ filios tuos carnales inter q̄s lex dei ⁊ ecc̄ie ꝓhibet fieri mr̄imoniū ⁊ dirimit ꝯtractū ſicut ptȝ. xxx. q. iiij. Si q̄s ex vno. Et ſic ex p̄dictis ptȝ qꝫ multo fortius dȝ homo hr̄e deū p̄rem oīm ī maxima reuerētia ⁊ honore. Ideo dicitur honora deum de tua ſubſtātia.

.C. .ix.

A Cognicōeȝ t̄plicē oportet nos hr̄e ſcȝ diuine bonitatis. ꝓprie infirmitatis. ⁊ ꝓximi ncc̄itatis. Prima hr̄t ꝑ fidei ſoliditatē ſicut ptȝ. xxiiij. q. v. Quia. ad quā cognicōeȝ hn̄dā bonis opibȝ adiuuamur vn̄ btūs gre. ī paſtorali et hr̄t di. xlix. Sollicite parꝝ poſt mediū Collirio inquit oculos ut videamus inungimus cū ꝯgnoſcēdā veri lumīs claitatē mētis nr̄e aciē ſic medicamīe bone opacōis iuuamꝰ hanc ꝯgnicōneȝ dei nō hn̄t ſuperbi p̄. cor. ij. Sapientiaȝ loquimur quā nēo p̄ncipū hꝰ ſeculi nouit Nec auari Ideo de talibȝ dꝛ Ie. iiij. Stultus eſt populus meus. qꝛ non ꝯgnouit ſupple dū ē in pctō Ideo dꝛ in ps̄. Ipi nō ꝯgnouerūt vias meas. ¶ De S cūda ꝯgnicō hr̄tur per aī humilitatē. qꝛ dicit canō ſuptꝰ ex v̄bis bt̄i gre. di. l. Quid ēi fine Qꝛ cū adhuc ex ſuperbie v̄tice ſtamꝰ cū iā de et̄nitatis timore aliquid ſētire cepimꝰ dignū eſt ut ad p̄maȝ cadamus ⁊ dū infirmitatē noſtrā ſubtiliter agnoſcētes hūilit̄ iacemus per diuini v̄bi cōſolacōeȝ ad fortcōra opa ſurgamus. vn̄ hoc debetis aduītere qꝫ ſicut hoīes tīore tonitrui potius petūt loca ꝑma qꝫ alta ut ibi ſaluētur. qꝛ illa peſtis

potius deſtruit loca alta q̄
ṗma· ſic tiore iudicio͞r d̄i qui
deſtruit ſupbos ⁊ hu͞iles ſal
uabit quo͞r quilib; debet di
cē illud ps· Iniquitatē mea;
ego cognoſco· vn̄ p̄ iſta ini
q̄tate in ↄfeſſione veritatis ſe
hu͞iliādo deo p̄t dicē illd ps·
Cognoui q2 eq̄tas iuditia
tua ⁊c· ¶ Tertia ↄgnitio hēt
p̄ iuditij eq̄tatē· q2 iudex deb;
ↄgnoſcē veritatē excipiētiu͞ ⁊
hui9 cā; tā gentiu͞ an̄q̄ ſn̄ia
ꝓferat̄ ſup p̄ncipali ſic̄ pat;
ex̄ de ordine ↄgnicōnu͞· c· p̄·
li· ij· q2 ex talib; veris cognicō
nib; ſciri poterit q̄lit̄ iuditiu͞
eſt ꝓferendu͞ Et ſic ille iudex
qui ſic ↄgnoſcit i cauſ̄ pote
rit iuditia ſua cora; ſūmo iu
dice aduocare· q2 talib; dici
tur Jo· viij· Cognoſcūt verita
tē ⁊ veritas liberabit vos Jta
ille qui plus reſpicit ad mu
nera vel ad alia illicita cu͞ ill̄
de quib; dicitur regu͞ p̄· Ac
ceperūt munera ⁊ puerterūt
iuditiu͞ non poteſt ſentētiam
ſuā aduocare Ideo d̄r in ps·
Cognoſcet̄ dn̄s iuditia faci
ens in opib; manuu͞ ſuarum
Jtē cōtra hoc faciūt qui iudi
cant hoīes in abſentia eo͞r q̄
abſente reo ꝓcedunt ad iudi
tiu͞ qd̄ eſt con̄ iura canonica
·iij· q· ix· Accuſat̄· hoc patet
p̄ oīa capi· vſq; ad fine͞ q̄ſti
oīs Jtem leges d̄ine ⁊ hu͞a
ne ꝓhibent ne abſens q̄s iu
dicetur ſic̄ patet· iij· q· ix· Ac
cuſatores· niſi ꝓpter contu͞a
tiam· iii· q· ix· Decreuim9· Jtē
ex̄ de contu͞atia ⁊ dolo· c· iiij·
li· ij· c· xiiij· Sed detractores
non vocatos non contu͞aces
iudicant qui viam pacis nō
cognouerūt Non ē timor d̄i
an̄ oculos eo͞r in ps· Vn̄ in
hoc caſu mulier non deb; eſſe
iudex ſic̄ patet· iiij· q· vij· In
famis· ꝯ· Tria·

·C· ·x·

Cobitacō eſt triplex A
ſc; piculoſa· pmiſſio
ſa· ⁊ gratioſa· Pr̄ia
eſt clerico͞r cu͞ mulierib;· q2
iſta eſt tā piculoſa q2 aug9·
ſororem ſuā ſecum habitare
noluit ſicut patet di· xxxij·
Si legitur· Jtē hoc idē patet
ex̄ de cohabitacōne clerico͞r
⁊ mulie͞r· c· p̄· Nec mōchi ⁊
monache in vno monaſteio
pmittātur cohitare· xviij· q·
·ij· Diffinuim9· Lex etia; ip̄e
rial̄ ꝓhib; viros ⁊ muliēs i
vno carcē incarcerai ſil̄· C· de
cuſtodia re͞r qm̄ vnu͞· ⁊ totu͞
fit ꝓpt̄ piculu͞ Et ideo ex q̄ lex
d̄ina ⁊ hu͞ana ꝓhib; cohita
tione; taliu͞ pſonaru͞ q̄s pen
tela vel religio vel carceris

miſeria ⁊ inopia dn̄t a pctō
luxurie cuſtodiē. non eſt du
biū qn̄ nimia familiaritas mu
lierꝝ tā clericis ꝙ̄ religioſis in
hibetur ſic̄ ptȝ di. xxxij. ij. c. ⁊
. c. ſequēti. Itē di. xxxiij. Quo
rūdā. ⁊ c. Si clericꝰ. Et. c. ſe
qn̄ti vſqȝ ad finē. Et. xviij. q.
ij. Cognouimꝰ. ⁊ c. ſeqn̄ti.
Et racō eſt bona qꝛ vbi eſt ni
mia fāiliaritas cū mulieribꝰ
ſtimuli antiqui hoſtis nō de
ſūt di. lxxxi. Oportet. Itē. xx
v. di. Cōmorari leoni ⁊ draco
ni plus placet ꝙ̄ hītare cum
muliere nequā ⁊c̄. Et ꝓ tn̄to
clericꝰ eſt excoīcandus qui
poſt trinā āmonicōeȝ vel fāi
liaritatē ſeu fabulacōneȝ ⁊c̄.
hoc etiā ptȝ ex̄ de cohītacōne
clericoꝝ. c. ij. Et reueā maio
ri racōe eſt q̄s excoīcatꝰ corā
deo ꝓpt' ſentēciā luxurie. vtrū
qȝ igit' dimittatis timentes
pn̄s piculū ⁊ futurꝝ tormētū
de quibȝ dꝛ ẏ ſa. xxxiij. Quis
poterit de vobꝭ hītare cū igne
deuorāte ꝙ̄tū ad pn̄s piculū
cohītacōis Itē q̄s hītabit ex
vobis cū ardoribȝ ſempit'nis
ꝙ̄tū ad futurꝝ tormētū et'ne
B dānacōis. ¶ Secūda coha
bitacō eſt pctōꝝ cū eis ōſēti
entibȝ eſt valde pnicōſa Nā
ille male ⁊ pnitioſe cū malis
hītat vel coīcat q̄ eoꝝ pctis

ōſentit ſic̄ patȝ. xxiij. q. iiij. A
malis. Nā talis fautor ma
loꝝ eſt ab ecc̄ia excoīcādus
. xi. q. v. Placuit. Itē talis eſt
eciaȝ a deo excoīcatꝰ ut ſupra
. a. xiiij. a. qꝛ qui ōſentit pctō
ribus ⁊ defendit delinquētes
apud deū ⁊ hōies eſt maledi
ctus. xi. q. iij. Qui cōſētit. Nō
igit' hēas pacē cū pctōribus.
qꝛ q̄libet tal' fauet impietati
qui nō ōturbat pūſos cum
poſſit ſic̄ ptȝ. xxiij. q. iij. Qui
poteſt. Itē nō corrigē malos
nihil aliud eſt ꝙ̄ fouē ut ptȝ
di. lxxxij. Nemo. ⁊ c. ſeqn̄ti
Et ſic q̄ nō facit qđ in eo eſt
ille cū pūſo pūnitur ⁊ ideo cū
illo a regno celoꝝ excludit'
vn̄ ipſ. dꝛ Neqȝ hītabit iux
te malignus ⁊c̄. ꝙ̄tū ad pri
mū malū neqȝ permanebunt
iniuſti an̄ oculos tuos ⁊ hoc
ꝙ̄tū ad ōſencientes ¶ Tercia C
cohītacō eſt valde gˀroſa q̄ ē
iuſtoꝝ cū penitē volētibȝ Nā
iuſti dn̄t cohītare ⁊ coīcare
cū pctōribus ut ipſos ōūtāt
ad deū ⁊ hoc ptȝ. xxiiij. q. p.
Dicimꝰ in medio. Exēplū ad
hoc de ſaluatore q̄ hac de cā
impleuit illud pſa. lxij. Ha
bitauit vir iuuenis cū v'gie
cuiꝰ eciam exēplo demus coī
care cū pctōribȝ ꝓpter ſpē cō
uerſionis eoꝝ. Ideo dꝛ xxiiij.

.q.ij. Sane. Exemplo ꝓpͤ cui deus dixit illud osee.ij. Fi li hoīs cū̄ ſcorpiōībꝫ tu habi tas vide īfra.h.p̄.p totū.

.C. .xi.

A Commūio ē veſtimētū ornatiuū ɔtͬ nuditatē. medicamētū ſanatiuū contͬ īfirmitatē. mūimētū conſer uatiuū coñ debilitatē. Qñtū ad pͥmū qꝛ cōmūio corpis ⁊ ſanguīs xpī ſit optimū veſti mētū aīe patꝫ.qꝛ nihil tā bñ veſtit aīaꝫ q̄ grā.ſꝫ eucariſtia ē bona grā ſicut ptꝫ p̄.q.p̄. Multi.q̄ deus veſtit oēs q̊s volūtarie paſcit di.illud pſ. Cōfeſſionē ⁊ decorē īduiſti amictus lumīe ſicut veſtimē to.qꝛ ſcitis bñ qꝛ non placet deo qꝛ aliq̊s veniat ad mēſā dyaboli hñs robā.roba dici tur veſtis ſerui dei Et vtinam q̄libet videret q̄ pulchra eſt aīa munda dū eſt amicta lu mine ſic veſtimēto ⁊ q̄ defor mes ſūt illi de q̄bꝫ ī pſ.opiē tur diploide ɔfuſiōe ſua.ꝓ pter quoꝝ deformitatē nō pla cet deo qꝛ accedāt ad mēſam ſuā ſic nec placēt alicui vr̄m qꝛ aliq̊s totus lutoſus ſordi dus ⁊ fetidus ⁊ leproſus po nēt manū ſuā in ſcutella vrā ꝓpͭ quā deformitatē de⁹ ītͭ dicit ⁊ ſuſpēdit tales a pcep

cōne hui⁹ ſacramēti in cui⁹ fi gura legitͬ leuit̄.xij. Oīs qui habuerit maculaꝫ īfra non accedet Exēplū ad hoc patet ī iure ecc̄e vbi dicitͬ qꝛ ſi ci uitas vel caſtrū vel villa ſbi ciantur eccīaſtico interdicto ipſoꝝ ſuburbia ⁊ continētia ⁊ edifitia eo ipō intelligūtur interdicta Sic ſpūaliter lo quendo ſi ſit ecc̄a aliqua in terdicta ſeu interdicto ſubie cta tūc nec ī capellis nec ī cimiteriis ipſi ecc̄e cōtiguis poterit celebrari patet extra de ſentētia excoicacōnis.Qꝛ ſi ciuitas li.vi. Eodē modo dū īgreſſus in illaꝫ celeſtem ci uitatē ⁊ in ecc̄iam trīūphan tem eſt interdictus peccatori ꝓpter pctm̄ mortale in quo iacet Non eſt dubiū quin in greſſus in ecc̄iam terrenā q̄ eſt quaſi quedā pua capella illius ecc̄e p ſuſcepcōe cuius cūqꝫ ſacramēti ſit eidē interdi ctus qꝛ ſi ɔtrariū fecerit ſicut ē ecc̄i.xiij. ſic cōmūicabit lu pus cū agno ſic pctoꝛ iuſto Ex q̊ xps vos veſtiuit vos pulch rima veſte Nolite ēgo macu lare vos ſicut facit puer icoꝛ rigibilͭ nō obſtāte qꝛ frequē ter vbertatͬ a pr̄e ſuo Nolite ergo pueri effici ſenſibus de q̄bꝫ rō.iij. Sicut veſtimentū

mutabis eoſ ꝛ mutabūt̄ cō
tra regulā iuris li·vi·vbi dr̄
ſic qđ a pncipio placuit am
plius diſplicē non pōt Jdeo
ut h̄eatis illaꝫ bn̄dictionē dei
apoc·xvi· Veſtimta vrā mū
da cuſtodiatis btūs q̄ cuſto
dit veſtimta ſua ne nud⁹ am
bulet· ¶ Q̄ntū ad ſecūdū ſcꝫ
ꝙ illud bn̄dictū ſacramtū ſit
medicamtū ſanatiuū patꝫ ex
illo v̄bo Joh̄·p̄· Verbū caro
factū eſt ꝛc̄·qđ hodie recipi
etis ꝛ hitabit i vobis Jdeo de
illo intelligit̄ illđ ps̄. Miſit
v̄bū ſuū ꝛ ſanauit eos Reue
ra ill'ē illud medicamtū ſana
tiuū qui p̄us receprt prepa
tiuū ꝛ purgatiuū ꝛ nō aliȷs.
vn̄ illos ſanat q̄ p̄us ſe cōfeſ
ſione purgauert ꝛ hoc nccē
eſt·ꝙ alit' deus non intēdit
illos iteꝝ corrigē Eſto ꝙ me
dic⁹ aliq̄s cōueniret cū aliq̊
infirmo ut ipſū ſanaēt ꝓ cer
ta mercede ꝛ tūc poſtꝙ infir
mus eſt liberat⁹ de infirmita
te tandē iteꝝ incidit in eandē
ex culpa ſua Queritur ergo
vtꝝ ille medic⁹ ꝓ eodeꝫ ſola
rio tēat̄ egꝝ curare Ad hoc
dr̄ ꝙ nō ꝙ ex ſua culpa inci
dit Spūalit' ſic eſt i ꝓpoſito
Jnfirmi iſto ſacro tpe p̄cedē
ti cōueniūt cū optio medico
aiaꝝ id eſt ihesu xp̄o q̄ ſanat

oīs infirmitates in pſal.ut
ip̄as ſanet ꝓ mercede ꝯfeſſio
nis ꝛ pn̄ie ꝛ opeꝝ caritatis q̄
dn̄t hoīes dare deo ꝓ ſua ſani
tate Si igr̄ iteꝝ cadāt ex eo
rū culpa in egritudineꝫ pcti
mortalis ꝓ certo oportet ꝙ ip
ſi deant iterare p̄dictā merce
de ſicut dr̄ in pſal. Medici ſu
ſcitabūt ꝛ ꝯfitebūtur tibi Et
cā q̄re aliqui hoīes nimis re
ciduant pctā ſua p̄t eē vna
ſcꝫ ꝙ nō oīa debāt ſacdoti oīa
pctā eoꝝ in quo caſu nō ſūt
totaliter curati·ꝙ ſicut medi
cus corpalis nō tenet̄ curaē
niſi infirmitates ſibi oñſas·
ꝙ ſic h̄etur de pe·di·p̄·Et ver
ba ſūt cū effectu intelligēda
Jdeo dicit apſus Jaco· Qui
in vno offendit fact⁹ ē oīm
reus Secūda cā p̄t eē quare
tal'iteꝝ cadit in pctm̄·ꝙ for
te aliena nō reſtituit ꝛ pctm̄
nō dimittit̄ niſi ablatū reſti
tuatur ex̄ de regul' iuris li·vi·
¶ Q̄ntū ad tertiū ſcꝫ ꝙ illđ C
ſacrm̄ ē muīmētū ꝛ fortitudo
ꝛ cuſtos ipſū bn̄ recipientiū
patꝫ p illud pſal· Cuſtodit
dn̄s oīs diligētes ſe Reueā
valde diligēteꝛ debēt quilibꝫ
homo ſacrm̄ corporis xp̄i cu
ſtodire·ꝙ carius ipē ꝯducit
ſibi miſtrātes ꝛ cuſtodiētes
cū ſine macula ꝙ ſi ſimplex

dn̄s vel dn̄a hui9 ſeculi ↄdu
cit nutricē ꝓ filio ipoꝝ nutri
endo ⁊ cuſtodiendo· qꝛ tales
nō dant niſi mercedē tēpalē
ſꝫ xp̄s dabit vitā eternā a ſe
ipſū Vn̄ pū·xxv·dr Cuſtos
dn̄i ſui glorificabit̄ ⁊ cuſto
dite ſicut ſcitis math·xxviij·
qꝛ q̄ mercedē accipit ꝓ cuſto
dia tenet̄ de leuiſſiā culpa ſi
cut ptꝫ ex̄ de depoſito Bona
fides Itē ſicut ille nō p̄ſumit̄
hr̄e bonā fidē in cuſtodia de
poſiti ſi illud pdiderit ſaluis
rebus ꝓprijs ſicut patꝫ ex̄ de
homicidio·c·ij· Exēplū patet
de deponēte res ſuas i archā
a dimittēte ex̄ archā depoſi
tas Sic ſpūaliter nec ille ē
bone fidei q̄ pctō mōrli pdit
hoc ſacramentū dū vita ſua
eſt ſalua· bonū ergo depoitū
cuſtodi· Itē ecci·iiij·v ſcꝫ ad
mortē certa ꝓ iuſtitia ſuple
ↄtra hoſtes aie ꝓ illius cuſto
D dia ¶ Vn̄ ſciēd qꝛ circa cuſto
diā hui9 ſacramēti ſunt tria
marie nc̄c̄ria ſcꝫ diligentia
oſeruacōis· doloꝛ pdicōis· de
ſideriū recupacōis· Iſta tria
faciūt quēlibꝫ diligenter cu
ſtodire res illas q̄s diligit ꝓ
vita tpali igr̄ magis deberet
hoc obſuai circa illā rē q̄ du
cit nos ad vitā regni celorū
ſcꝫ corpus xp̄i· qꝛ ideo dr via

ticū Itē ſicut ciuitas l' caſtꝝ i
tēpe guerre dꝫ de die a de no
cte tā a clericis q̄ a laycis cu
ſtodiri nec aliq̄s in hoc excu
ſatur ut ptꝫ ex̄ de immuitate
eccīaꝝ Peruenit· qꝛ expedit
reipublice plures hr̄e defen
ſores ſicut ptꝫ· ff· de noui ope
ris denūtiacōe Nā rei· ſic de9
q̄ eſt melior oībꝫ ciuitatibus
mūdi ꝓpter quā rōeꝫ lex dei a
eccīe p̄cipit qꝛ eucaiſtia a criſ
ma ſb diligēti cuſtodia et ſi
deli clauibꝫ adhibitis ↄſuē
tur in cūctis eccījs ut ptꝫ ex̄
de cuſtodia eucariſtie a alio
rū ſacroꝝ·c·p̄· Sic ſpūalit̄
dꝫ q̄libꝫ xp̄ian9 i aīa ſua nec
mīꝝ· qꝛ ſi oīa vaſa a veſtimē
ta in q̄bꝫ deo miſtrat̄ mūda
dn̄t cuſtodiri ſic ptꝫ ibidē·c·
·ij· maiori racōne a aīa dꝫ mū
da cuſtodiri ergo ōni cuſto
dia ſua mūdā aīam tuā ꝓu·
·xiiij· vide de hoc infra·c·xij·
·a·a·c·xxviij·a·et·e·vi·p to·
Itē·m·xvi·p to· .C. ·xij·
Commodatū ē diligēt̄ A
oſuād· rōbilit̄ tractā
dū· a fidelit̄ reddēdū· Primo
ergo opoꝛtꝫ qꝛ ↄmodatū bn̄
cuſtodiat̄· qꝛ ↄmodatū dr
q̄ſi ↄmodo vtētis datū ptꝫ ex̄
de ↄmodato Cū aīa· glō· i q
caſu ille cui res cōmodatur
de leuiſſima culpa tenetur

ſi res illa peat l' deterior fiat ꝓpter defectū cuſtodie eẋ de ꝯmodato·c·p̄· Sic ſpūalit' loq̄ndo deus ꝯmodauit nob bona nature bona fortune ⁊ bona gr̄e· ſʒ in rei veritate ille q̄ culpa ſua perdit aliqđ p̄di ctoꝝ bonoꝝ ſcʒ in luxuria vel i alijs hmōi vſibʒ cū hoc qđ habet aliqđ dānū hic hebit penā durā alibi Jđo dic ꝓphe ta Jere·xvij· Duplici ꝯtricō ne ꝯtere eos dn̄e de⁹ nr̄ Nec hoc eſt mirꝝ·qꝛ ſi equ⁹ vel li ber l' hmōi ſit tibi ꝯmodatus ⁊ furtiue a te ē ſublatus ſine tua negligētia vel pacto nō teneris illū reddere n̄ pactū interueneit vel non fueris in mora ipm diuti⁹ retinēdo vel p minus nuntiū ydoneū ipm remittēdo· ſʒ in rei veitate qui culpa ſua pdit p̄dicta bona ſibi a deo ꝯmodata ſatis du rū ꝯputū dabit de illaꝝ pdi cōne·qꝛ in nullo ille eſt excu ſand⁹ q̄ poteſt aliq̊ mō p̄ui dere ſicut ptʒ·ff·ad legē aq̄li am Si putator·Jtē di·l·hij B qui arborē· ¶ Secūdo dico ꝙ ꝯmodato quilibʒ vtatur racōnabilit' ſm pactū p qđ recepit ſicut ptʒ·ff·de p̄caio· qꝛ ſicut p̄cariū ꝯcedit' cū p̄fi nicōne certi vſus·l·Precaio· Comodatū vero tradit' ad

vſū determiatū ergo ſic debe mus eo vti·Exemplū ad hoc ē Eſto ꝙ ego ꝯmodaui tibi equū meū ut ducēs eū ad vil lā ⁊ tu duxiſti ad bellū ⁊ ibi pdidiſti Reuera tu teneis mi hi in valore equi hoc ptʒ·ff· de ꝯmodato·l·Si ut certo· ℣ Sʒ interdū·Spūalit' lo quēdo ſic eſt de illo cui deus comodat corpus vel aliqđ p̄ dictoꝝ ut cū illo vadat ad ci uitatē regni celoꝝ·ſʒ ip̄e ma le viuēdo luxurioſe vel gulo ſe ducit equū dn̄i ſui ad bellū cōn̄ eū iux̄ illud ps·Couene rūt in vnū aduſus dn̄m id ē caro ⁊ aīa pctōꝝ Jtē ſicut de poſitari⁹ vtēdo depoītis apđ eū vbi vſus eſt ſibi inhibit⁹ tūc cōmittit furtū ut patʒ·ff· de cōdicōne furtiua Qui fur tū· Sic eſt ſpūalit' de illis q̄ vtūtur rebʒ ſibi a deo depoſi tis ⁊ ſibi comodatis cōn̄ pre ceptū dei ſicut ore inanitꝛ iu rādo ⁊ ſic de alijs Jdeo dꝛ Job ·xxiiij·de talibʒ Cōceſſit ei tē pus pnīe ⁊ ip̄e abutit' eo i ſu pbiā·vide de iſta materia i·c· de abuſiōe ſup̄·a·iiij·p totū· ¶ Tercō oportet ꝙ comoda tū reſtituat' non deterioratū vl' nimis deformatū·qꝛ ſi res depoſita deterior reddat' nō eſt ſiguū bone fidei ſicut ptʒ C

.ff. de deposito. l. p. §. Si res.
Spūalit' sic est de aīa xp̄ia
ni deposita apud eū cū mūdi
tia ⁊ alijs v̄tutibus in baptiſ
mo. s; in morte qñ xp̄ianꝰ d;
reddere aiam ſuā i tali ſtatu
in quo recepit eā. s; qd dolen
dū est q̄ſi in oībus qꝛ in mor
te tradent deo aīas nimis tur
pes ⁊ deformes in q̄ nō appa
ret aliqd ſignū bone vite Jō
de talib; aīab; dicitur in ps.
Signa nr̄a non vidimꝰ Jtē
etiā xp̄s p̄t veraciter dicē illd
math. xxij. Cuiꝰ eſt ymago
hec ⁊ ſupſcriptio Recte ergo
xp̄us eas recuſat di. in ps.
Juraui in ira mea ſi introibūt
in requiē meā. ſi p nō. quia
nihil inq̄natū intrabit in illā
apoc. xxi. C. xiij.

Compaſſionē debemus
habere cū penuriam
hn̄tibus. cū culpam
cōmittentib;. cū penā purgato
rij ſuſtinētibus: ut omnes p
poſſe iuuemus. Primos eleo
ſinaꝝ largicōne. ſecūdos cul
paꝝ correctōne. tertios mē
tū piaꝝ oroe. Ratio p̄mi eſt
bona quia q̄ iuuat paupem
p amoē dei deū iuuat in pau
pere ipo dicente math. xxv.
Quod vni ex minimis meis feci
ſtis mihi fecistis. Et reuera ſi
cut quilibet ſapiens libēter
⁊ honorifice paſcit p̄rem ſuū
corpalem a quo ſperat habe
re hereditatē ⁊ qua carebit
ſi hoc non fecerit Et cum hoc
non alendo p̄rem ſuū morte
debet puniri ſicut patricida.
quia qui non preſtat alimē
ta necare videtur ſicut patet
.xij. q. ij. Qui abſtulit. Jtem
.lxxxvi. di. Si nō ſacra. Jtē
.ff. de liberis agnoſcēdis Ne
care. Sic ſpūaliter loqn̄do
maiori racōne deb; quilibet
homo paſcere paupeꝝ in no
mie xp̄i ⁊ hoc eſt veꝝ marie
in vltima ncc̄itate. quia xp̄s
dabit nobis meliorē; heredi
tatē ⁊ maiorē q̄ quicūq; p̄r
corpal' Et ido bn̄ faciatis iux
conſiliū tho. iiij. Quo poteris
eſto miſericors ſi mlt'ū tibi fu
erit abūdāt' tribue. ſi exiguū
etiā libēter impartire ſtude di
illud Job. xxx. Flebā quond
ſup eo q̄ afflictus erat et aīa
mea opaciebat' paupi Jtem
alia rō ē. qꝛ xp̄s vult cū alē i
celo q̄ ipſū alet i pſona pau
pis in terra Exemplū ad hoc
quia ſicut illa ecc̄ia tenetur
ad alimenta puidere illi qui
quādo hūit dedit illi ecc̄ie ut
pt; .xvi. q. vi. quicūq; fidelium.
Sic ſpūalit' deꝰ facit talibꝰ
⁊ qn̄to plura dedit tn̄to abū
dātiꝰ puidebit' Ergo ſic dr

tho·iiij·Fiducia magna erit
coraȝ sūmo iudice id est deo
de eleosina oībȝ facietibȝ eam
Jdeo dicit spūssanct9 p pphe
tā in ps·Btūs vir qui intelli
git sup egenū ⁊ pauperē ⁊c·

B Quātū ad secūdū peccanti
bus nō recte cōpatimur nisi
vicia nob displiceāt ex odio
pcti ⁊ nō psone·ȝ ex caritate
q2 non est caritas ȝ lāguor
vbi mali mores nō corrigūt᷑
sic ptȝ·xxiij·q·v·Nō putes·
Jtē pie adūsatur q̄ corrigit
vicōsū·xxiij·q·v·Certū·litar
gicū excitādo ⁊ freneticum li
gādo·xxiij·q·iiij·Qui faciet·

C Quātū ad tertiū vicȝ q2 cō
paciendū ⁊ orādū est p illis
qui sunt in pena purgatorij
scientes bn̄ q2 in curijs regū
⁊ alioꝝ nobiliū si vn9 mini
stroꝝ pp̄ter aliquā culpā fu
erit incarcerat9 tūc oms alij
inducunt meliorē curā ad ro
gandū p tali incarcerato·q2
ipi forte i cōsili casu possent
eodē mō puniri Exēplū gen̄·
·xl·de Joseph modo suo iuuā
te pincernā incarceratū q̄ po
stea liberat9 iuuit ipsū ergo
bn̄ sicut dr̄ Jaco·ij·Oēs vna
nimes in orone cōpacientes
estote fratnitatis amatores
Sancta enī et salubris ē co
gitatio p defūctis exorare·ij·
mach·xij·Qm̄ si sotij tēptacō
nū estis sic eritis ⁊ ꝯsolacōis
p·cor·ij·p·q2 cō regnabim9 si
ꝯpatimi si tn̄ cōpatimī illis ⁊
glorificemī rō·viij· C· ·xiiij·

Consiliū aliud bonū A
aliud malū·bonū ē
semp dandū·libēter
audiēdū·ȝ malū sp fugiend·
Quātū ad pmū q2 cōsiliū bo
nū semp est dandū·q2 null9
debȝ silere tiore ne offendat
vir dn̄m·ȝ magis timēs illō
ysa·vi·Ve mihi quia tacui
nec consiliū malū dȝ q̄s dare·
q2 in vtroq3 casu tenet᷑ q̄s de
dāno qd ex hoc seq̄tur ⁊ hoc
ptȝ p rōnē legis·C·de piculo
tutoꝝ ⁊ curatoꝝ li·v·l·p·Ca
sus legis est talis Esto q2 pr
cui9 in testamento suo duos
viros prudētes ⁊ locupletes
filijs suis tutoēs dedit Et q2
ipi non nouerant facultates
leoꝝ adiūxit eis q̄si duos cōsi
liarios coadiutores seu sup
intendētes·nō ideo ut admi
nistrarēt·ȝ ut alios adminstr̄
re instruerēt ⁊ qd ab eis age
ret᷑ viderēt postmodū tute
la neglecta vel fraudulenter
administrata tenētur isti ꝯsili
arij sicut ⁊ alij qui dissimula
uerūt vel fraude adhibuerūt
Spūalit᷑ loqndo sic freque B
ter cōtingit q2 plati vel dn̄i q̄

Sūt tutores ſubditoꝝ dño
rū ſuoꝝ q̃ ſūt filij xp̄i ꝑ fidē· ꝫ
iſti p̄lati ł dn̄i hn̄t ꝯſiliatoꝛ̃s
vel ꝯſiliarios id eſt cōfeſſoꝛ̃s
⁊ acceſſores cōmenſales tā
q̃ꝫ iuris dei ⁊ hoim ꝑitos vn̄
ſi p̄dictos nō bn̄ cōſulerint ⁊
alij male diſpoſuerit bona a
xp̄o eis cōmiſſa tūc erūt ī eād
dānacōe culpe cū eis Jdeo dr
ſap̄·xviij· Similis pena ſuꝰ cū
dn̄o· vn̄ de oibꝫ talibꝫ·ſ· cōſi
liarijs dr p̄·pali·xxij· Jpſi fu
erunt cōſiliarij ſui in interitū
C ſuū· ¶ Quātū ad ſecundū qꝛ
bonū ꝯſiliū ē libēt̄ audiēdū·
quia in tali ꝯſilio eſt ille ſpi
ritus conſilij ẏ ſa·xi· ſine quo
nullū ꝯſiliū valet· quia ſicut
nullū conſiliū gn̄ale poteſt
cōgregari ſine pp̄ di·xxvij·c·
p̄·⁊ ſeqn̄ti· Et·ij·q·vi· Quo
ita· ſic nullū cōſiliū generale
nec ſp̄ale valet ſine iſpiracō
ne ſpūſſcī Et ſic nullū cōſiliū
gn̄ale ł ſp̄ale ꝯgregatū ſine
auctoitate pape nullā hꝫ fir
mitatē ex·di·xvij·p totū ⁊ ex
de electōibꝫ Significaſti an̄ ſi·
Sic nec illud cōſiliū qd̄ fit
ſine inſpiracōe ſpūſſcī Et hec
eſt rō qꝛ dr ꝑ ꝓphāꝫ in pſal·
Dn̄s reprobat cōſilia gētiū
⁊ diſſipat cō ſilia pn̄cipū Re
cte igr̄ ſicut ꝯſiliū ꝓuinciale
reqrit pn̄ciā archiepi ex·di·
·xxij· Si qs ep̄s· Jta ē de q̄li
bet alio bono ꝯſilio Jtē ſicut
q̄libet ep̄s tenetur bis in an
no celebrare cōſiliū ſcḋm ordi
nacōnem leonis pape ex·di·
·xviij· De cōſilijs· in q̄bus de
oibus q̄relis q̄ inter diuſos
ecc̄ie ordines naſci ſolēt iudi
cētur Sic ſpūaliter ⁊ realit̄
q̄libet xp̄ianꝰ debꝫ tociēs vel
pluries ſi indiget cōſiliū hr̄e
ꝯfeſſiōis de oibus pctis ſuis
Jtē ſicut ep̄s in cōſilio ſuo dꝫ
p̄ſbiteris ⁊ clericis notifica
re ſtatuta cōſilij ꝓuincial̄ et
hoc nō faciens p duos men
ſes eſt ſuſpēdendꝰ ex·di·xviij·
Deſerimꝰ· Sic cōfeſſoꝛ debꝫ
oſn̄dere confitētibus p̄cepta
dei ⁊ alia puncta ptinentia
ad confeſſionē ⁊ hoc ſiue ſe
cerint ſiue non di· illud Job
·xiij· Oſtēde mihi quātas ha
beo iniquitates ⁊ c̄· Et certe
hoc tenētur confeſſores ⁊ ſa
cerdotes ⁊ curati maxime iux̄
illud oſee·ij· Oſtende iſrahel
populū pollutū ut confitens
dicat illud Jere·xxxi· Poſtq̄
oſtendiſti mihi pcuſſi femur
⁊ confuſus ſum Jtem ſicut in
geſtis conſilioꝝ dicitur qn̄
diſcors ſentētia inuenitur tūc
illius conſiliū eſt tenendum
cuiꝰ potioꝛ extat auctoritas
ex·di·l· Dn̄o ſacto v̄ſus ſinē

Sic cõfitẽs debet potius ad
here cõſilio diſcreti ſacerdo
tis dicẽs illud pſal. Confite
bor tibi in toto corde meo.

d Q̃ntũ ad tertiũ null⁹ deb
ſequi cupidorꝫ ⁊ alioꝝ q̃ dãt
cõſilia piculoſa ſiue in cõfeſſi
one ſiue ex̃ figuraꝫ hui⁹ ha
bem⁹ exo. iiij. Et de q̃ loquit
ꝓpheta yſa. xix. Sapientes
cõſiliarij pharaonis dederũt cõſi
liũ inſipiens Vñ tale cõſiliũ
nullũ obligat ad id faciẽdũ
ymo ſi faciat nõ eſt de facto
excuſat⁹. qꝛ potuit ab alijs q̃
ſciũt plus de lege dei explora
re an expediẽt ut ptꝫ. ff. de bo
nis dãnatorũ. l. p̃. in fine. Et
qꝛ pncipũ cõſtitucões ⁊ leges
nullus debet ignorare vel diſ
ſiſare ut ptꝫ. C. de iuris ⁊ facti
ignorãtia. l. Cõſtitucões qñ
to magis leges dimas. In oi
bus igit cõſiliũ diuinũ eſt ſe
qñdũ qui vocat yſa. ix. con
ſiliari⁹ de⁹ fortis pr futuri ſe
culi Qui eciaꝫ dat bñdictõeꝫ
ſuã declinãtibꝫ cõſiliũ malig
norꝫ in qꝫ tñ ſũt cõn honorem
ſuũ ⁊ cõn ſalutẽ aiarꝫ di. ill
pſal. Btũs vir qui nõ abijt
in cõſilio impiorꝫ ⁊c̃.

## C. xv.

A Concordia in bono ẽ
fugatiua prauitatis.
placatiua deitatis. cõ
ſeruatiua pacis et trãquillita
tis. Primũ patꝫ qꝛ q̃ bñ cõcor
dat cũ bonis hoibus p̃mo fu
gat pctm̃ a ſeipõ. qꝛ dimittit
õia pctã que eis diſplicẽt ⁊
libenter facit qd̃ deus p̃cipit.
qꝛ ſi deũ hẽmus ad man⁹ tũc
oia difficilia ⁊ aſpa pficim⁹
ſic ptꝫ de pe. di. ij. Si quis ſe
mel circa pncipiũ. Secũdo
fugat pctã ab alijs q̃ ſũt iux̃
illos qui cõcordat cũ deo ex̃
. xxiij. q. iiij. Debꝫ homo. Iteꝫ
dẽmus ꝓximũ amare ſic nos
amam⁹ ſicut patꝫ de pe. di. ij.
poſt pncipiũ. Itẽ melius eſt
ꝓximũ cum ſeueritate corrigẽ
qꝫ leuitate decipe ſic ptꝫ. v. q.
. v. Nõ ois. qꝛ ſi ſic dẽmus af
ficí caritatis affectu ad ꝓxios
ut velimus oms ſaluos fieri
ſm aug̃. xxiiij. q. iij. Corripi
atur. vide infra de iſta mate
ria plus. d. iiij. a. ⁊. b. Itẽ ad
eos ptinet diſcordãtes ad cõ
cordiã reuocare ſic ptꝫ di. x.
Diſcordãt. potius qꝫ ad iudi
tiũ ꝓuõre Ibidẽ. c. Studẽdũ.
nõ qꝛ glõ. intelligit hoc in cã
ciuili ⁊ non in cã criminali. qꝛ
expedit qꝛ pctã nocẽtiũ ſint
ad iudiciũ deducta ſicut ptꝫ
. ff. de iniurijs Cũ qui. Et ex̃
de colluſione. c. p̃. Hoc eciaꝫ
ptinet ad quẽlibꝫ iudicẽ Nã
debet ad concordiã laborare

ſicut ptȝ·v·q·ij·Si pmates·
⁊ litigātes cōciliare·ff·de vſu
B fructuū·l·Si oēs·¶ Secūd
pncipale ſicut bona ↄcordia
ſubditoꝝ placet bono dño ⁊
bono plato cuicūqȝ·ſic con
cordia mēbroꝝ ecclie placet
deo ſic ptȝ·ij·q·iij·Archiepi·
Ideo dr eccli·xxv·In tribȝ bn̄
placitū eſt ſpūi meo q̄ ſūt ꝓ
bata corā deo ⁊ hoibus cōcor
dia fratꝝ ⁊c·Vn̄ intn̄tū diſ
plicet diſcordia deo ꝙ nec re
cipit oblacōnes diſcordātiū
ſicut ptȝ di·iiij·Oblacōnes·
Et·c·ſequenti·Ad hoc patet
exemplū naturale·quia ſicut
corpus humanū in quo ſūt
humores ⁊ q̄litates ⁊ elemē
ta nō concordāt non poteſt
diu viuere·Sic in propoſi
to nulla comūitas poteſt diu
pſpe durare ſine cōcordia cor
diū ⁊ opacōnū ⁊ hoc eſt qd
dicit btūs greg·Et hētur di·
·lxxxix·Adhuc·vbi dicit ꝙ
ſine cōcordia nulla vniūſitas
nec comūitas cū racōe regi pt
C ¶ Tertiū ptȝ ſcȝ ꝙ cōcordia
eſt obſuatia pacis·qꝛ ſic con
cordia hūoꝝ in corpe cauſat
⁊ cōſuat corpalē ſanitatē ſic
cōcordia vicinoꝝ cauſat mē
talē tranq̄llitatē Ideo dic ps·
Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocūdū ⁊c·
qꝛ ſicut diſcordia ira inuidia
Fatiūt cor amaꝝ ſicut patȝ ⁊
ſicut illa ſequūtur mala mul
ta ſicut homicidia vt patȝ de
abel ⁊ cayn ⁊ de mltis moder
nis De hoc etiā notatur di·
·lxxxx·Hec ad cayn·ſicut ⁊
patet de remo ⁊ romulo·vij·
·q·p·In apibus·Ita concor
diam ſequūtur multa bona·
videat ergo quilibet ad aliū
⁊ in opere ↄpleat illd quod
dixit Aſa rex Iſrahel ad bena
dab et parali·xvi·Fedus in
quit ſit inter me ⁊ te pr̄ meꝰ
ſit pater tuus ⁊c·

·C· xvi·

Conditio triplex ſcȝ A
licita et racionabil·
illicita ⁊ vitupabil·
⁊ queda lata ⁊ inſupabilis·
Quātum ad primū dico ꝙ
prima eſt qua deus ꝓmittit
homini regnū celoꝝ ſub con
dicōne obſeruantie manda
toꝝ dei math·xix·Si vis ad
vitam ingredi ſerua māda
ta quaſi diceret·Si vis ter
ram illaȝ habere cuſtodi car
tam cui legi dei concordant
leges mundi per quas clerici
⁊ viri ecclaſtici non debent
vocari ad onus tutele ⁊ hoc
eſt verū ſi gerant ſe ⁊ viuant
ſicut clerici ſicut patet·C·de
epis ⁊ clericis·l·Generaliter
li·p·Sic ſpiritualit̄ lex dei

vult q̄ null9 homo grauetur
onē dānacōis. ſ; q̄ oēs hoīeſ
ſaluētur Itē ſi alicui ꝓmittit̄
ſb certa cōdicōe ⁊ ob certam
cauſā tūc ceſſante cā ceſſat ef
fectus ꝓmiſſum Exēplū pa
tet. q̄ ſi pr̄ alicui9 cōdicōna
liter conceſſit p̄dia ſua ita q̄
creditoꝛib; ſuis ille fili9 poſt
moꝛtē pr̄is ſatiſfatiat ⁊ ſi nō
fecerit ꝑdit p̄dia ⁊ hēditatē
Sic ſpūalit' eſt de oīb; mal'
B xp̄ianis. Q̄ntū ad ſecūdū
ſc; q̄ quedā eſt ꝯdicō nō bo
na. ſ; illicita ſi iuramento ſit
vallata tūc nō eſt adimplē
da ſicut pt;. xxiij. q. iiij. c. p̄.
nec tal' peccat trāſgrediendo
ut pat; ibidē. c. In mal' ꝓmiſ
ſis. Et. c. Inter. S; peccauit
qn̄ iurauit. c. ibidē Si aliq̄d.
Et ponit̄ ibi exēplū de dauid
qui iurauit occidē nabal q̄d
tn̄ non fecit Sed ꝯdicōes li
cite etiā ſine iuramēto ſūt ob
ſuāde. xvij. q. ij. Eleutheri9.
Ideo d̄r in pſ. Que ꝓcedūt de
labiis meis non faciā irrita.
C Q̄ntum ad tertium eſt
vna conditio generalis oīm
paupeꝝ ⁊ nobiliū quos om
nes deus de limo terre foꝛma
uit ſicut patet di. viij. Quo
iure. ergo debent eſſe vni9 vo
luntatis ⁊ obedientie ⁊c.

.C. .xvij.

Onfeſſio ſacr̄alis ri A
te facta racōi cōueit.
multa exigit. ⁊ gau
dia reddit. Primū pt;. q̄ rō
⁊ lex volūt q̄ mūdialib; rōci
niis obligat9 rōe ꝓcuracōis
⁊ āmiſtracōnis nō d; religio
nem intrare nec ad ſacros oꝛ
dines ꝓmoueri an̄q̄ rōcinia
reddat ſicut pt; ex̄ de obliga
tis ad rōcinia. c. Vnico. l. p̄.
Item. C. de epis ⁊ clericis. l.
Official'. Sic ſpūalit' eſt de
illo qui expēdit bō ſibi tradi
ta a deo. q̄ non veniet ad oꝛ
dinē angeloꝝ niſi pri9 deob
ligatus fuerit de ſuis debitis
id eſt pc̄tis Itē ſicut lex vult
q̄ inter duos diſcoꝛdes pona
tur tertius arbiter ꝑ pace re
foꝛmanda ut. ff. de arbit's. l.
Si vnus. Sic ſpūaliter lo
qn̄do ſācta ecc̄ia poīt int' deū
⁊ pc̄torē arbitros ſc; ꝯfeſſo
res di. illud luc. xvij. Ondite
vos ſacerdotib; ſuꝑple hn̄ti
bus ptātem vos abſoluēdi.
quia ſicut iuditiū datū a nō
ſuo iudice non valet ⁊ intn̄
tū eſt in iure reprobatū q̄ ſi
cleicus ſuo iudice contēpto
vadat ad iudicē ſeculare nō
ſuū deb; deponi ex̄. xxiij. q. vl
tima Si q̄s epſ. Et. c. Quo
auſu. Spūalit' loquēdo ſic
ille pc̄toꝛ deponitur de ſtatu

gre et gloie q̄ vadit ad iudi
ce nō suū. Silit' nec excusat
sac̄dotē sua ignorātia. qꝛ si i
alijs sit ignorās in hijs q̄ pti
nent ad forꝝ aiaꝝ non dꝫ ig
norās eē sicut patꝫ in glō. ex̄
de fi. sup ca. Suscitat⁹. ⁊ ex̄
de affinitate et consā. ex līris.
vbi dr̄ sic. Nullus dꝫ fieri iu
dex ecclasticꝰ indiscretus vel
ignorās ne fiat de nūo illoꝝ
de q̄bus eze. xxij. Sacerdotes
ɔtēpserūt legē meā et pollue
rūt sāctuariū meū int' sācttū
et ꝓphanū nō habuerūt dis
crecōnē ⁊ int' pollutū et mun
dū nō intellexerūt ⁊c̄. Reueā
valde timendū est talibꝫ. qꝛ
rn̄debūt de dāno sicut patet
.C. de pena iudicis q̄ male iu
dicat. l. vl. Itē hoc patꝫ. xi. q.
.iij. q̄tuor. vn̄ de talibꝫ dr̄ sap.
.vi. Nō rc̄e iudicastis nec cu
B stodistis legē iustitie. ¶ Rn̄
tū ad secūd scꝫ qꝛ cōfessio plu
ra exigit. pmo scꝫ festinacōeꝫ
exēplū si aliq̄s legaret aliq̄d
vni de cognatis suis ita qꝛ q̄
pus ascēdit capitoliū ille rā
pet et si duo fil' ascendāt nec
scit' q̄s pus ascēderit tūc neu
ter habebit illud legatū hoc
ptꝫ. ff. de rebus dubijs. l. Si
ciuilis. Spūaliter sic est in
ꝓposito. qꝛ deus taliter pctō
ri sanitatē spūalē ꝓmittit cu

ius figurā patet Ioh. v. Qui
pus descendebat in piscinam
post mocōnē aque sanus fie
bat a q̄cūqꝫ tenebatur infir
mitate. qꝛ qui prior est tēpe
potior est in iure sicut ptꝫ ex̄
de regul' iuris li. vi. vide eciaꝫ
q̄uo modo taliū ē picculosa su
pra. a. v. a. a. xvi. b. a. b. p̄.
.d. Ideo dr̄ p sa. xxxviij. viuēs.
viuēs ipe cōfitebit' tibi sic̄ et
ego hodie ⁊c̄. et sicut cras.
Ideo dr̄ eccā. v. Ne tardes con
uerti ad dn̄m nec differas de
die i diē. Secūdo cōfessio exi
git omniū culpaꝝ ɔfsionē
qꝛ sicut clericus qui tēpe exa
miacōis vitiū suū nō detexe
rit si postea apparuerit tā q̄
vitiosus debet a ꝓmocōne re
pelli pmo qd plus est debꝫ de
poni sicut patet di. lxxxi. Qui
cūqꝫ. Et. c. Si quis sine exa
miacōe. sic etiā patet de illo
q̄ abscōdit aliqd pctm̄ mor
le nullā absolucōnē reportat
vide de illa materia pl⁹ sup
.c. ij. b. ⁊ b. v. a. a. c. p̄. c. a. c.
.xi. b. De oibꝫ igit' pctis tuis
sicut p̄cipit' Iere. vij. ɔfitē et
da gl'aꝫ deo Tercō req̄rit' in
vera ɔfessiōe bone vite stabi
litas. qꝛ sic videtis in oi reli
giōe qꝛ ille q̄ nō ē expsse pfes
sus nō ē eligibilis i platū sic̄
patꝫ ex̄ de electōibꝫ Cū cam.

Et·c·Cũ mĝnũ·⁊·c·Offitij·
Hoc idē ptꝫ in canone.xvi·
·q·p̃·Preſbiteros·Sic ſpiri
tualit̄ ille nō eligit̄ a deo ut
ſit in ordine angelorũ vbi ſi
eēt hr̄et maiorē honorem q̄
papa ī vita iſta exñs Dicat
igit̄ pctōr illud pſ̄·Cōfite
bor dn̄o nimis id ē valde ſta
bilit̄ in ore meo·Qr̄ta condi
tio ↄfeſſionis r̄quirit̄ in qui
buſdā iteracō ⁊ hoc ꝓpter re
cidiuũ·qꝛ quotiēs iterat̄ pec
